



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 94. Magdeburgensis Urbs Mauritio Electori subjecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæcul. XVI.

A.C 1551

Thuan. l. 8.  
ad hunc ann.Steid. l. 23.  
p. 831. &  
832.

§. XCIV.

*Magdeburgensis urbs Mauritio Ele-  
ctori subiecta.*

**I**nsuper Cæsar Magdeburgensium dif-  
fidia vix non sopita esse cernebat , eo-  
quod conditionibus Pirnæ a Mauritio  
propositis jam mitigatis ducentorum  
mil-

*riculo vivis eriperet , si Centorium Horten-  
sium Scriptorem in Castaldi laudibus sequivo-  
luit , cur Thuanum duntaxat allegavit , cur non  
potius secutus est Palatum , aliasque quam-  
plurimos , qui Castaldum ex generalibus Fer-  
dinandi verbis Cardinalem occidendi occasio-  
nen captasse referunt ; Hic enim in vita ejusdem  
Regis Pag. 568. n. 398. ait , quod a Castaldo de  
Georgii proditione certior factus , eidem re-  
sponderit : *curaret Castaldus occupata propug-  
nare fortiter : de Cardinali vero esset in arena  
consilium : credidit Castaldus , responsum hoc  
capitalem esse sententiam in Georgium.* Cur  
ex putidis fontibus hanc calumniam haurire  
non erubuit , perinde acsi Ferdinandus occisi au-  
ricularum in spolii partem receperisset . Hanc in  
rem haud immerito subiicere possumus Pallavi-  
cini verba , qui in Hist. Conc. Trid. lib. 13. c.  
2. n. 8. ita scribit : *Quemadmodum in conjur-  
tionibus contingere solet , ut nunquam ipsorum  
textura credatur , cum ante exitum earum tela  
præciditur , ita in hominum opinione , Scripto-  
rumque**

millium aureorum summa ad quinqua- Sæcul. XVI.  
A.C. 1551.  
ginta fuisse redacta, ac ipse met Megalopolitanus Dux, ceterique capti absque lytro dimisli, nilque amplius reliquum esset, nisi ut missio fieret præsidariis, qui etiam postea octo mensium stipendiis rite persolutis ad sua redire jubebantur, hinc Mauritius Elector cum toto suo exercitu die decima sexta Novembris urbem ingressus, atque in Cæfaris, Imperii, suamque fidem, cum hujus belli Dux fuisse, omnes recepit. Posthæc in foro juxta prætorium habitis comitiis perpetuum foedus, ac mu-

M 4 tua

*rumque narratione incerta semper stetit innocentia, seu proditio Martinusii, non tamen haec opinionum varietas dignum excusatione Suavem reddit, dum ipse tanquam certæ, communique omnium persuasiōni adhæret illi, quæ Regem magis onerat velut iniquum in cæde patranda, & Pontificem velut imbecillum in absolutione indulgenda; cum ipse probe noverit id, quod Scribit Paulus Paruta Reipublicæ Venetæ Chronographus, adeoque peritissimus earum potissime verum, quæ ad Turcam spectabant, de quo Señatus ille vel maxime sollicitus id temporis erat. Hic igitur inter Italicos Scriptores egregius, non sineritatis minus, quam prudentiae luce, citra omnem dubitationem affirmat, agitans ab interficio Martinusio proditionem.*

Sæcul. XVI. tua societas pangebatur , salvis tamen  
A.C. 1551. urbis immunitatibus , nec non intacta  
 Religione , quam Cives profitebantur.  
 Insuper dabatur fides , non modo urbem,  
 sed & omnem circumjectam Regionem ab  
 omni injuria tutam fore. Hæc summo  
 omnium applausu fuere sancta , ac  
 Mauritius tanquam Burgravius Magde-  
 burgensis salutabatur , qui statim etiam  
 suum exercitum eduxit , atque in urbe  
 nonnisi quinque militum centurias re-  
 liquit.

## §. XCV.

*Saxonie Electoris querelæ contra  
 spurios Evangelii Praecones, eo-  
 rumque responsa.*

Postquam igitur Mauritius hac ratione  
 urbem in suam redegerat potestatem,  
 Concionatores , atque adulterinæ refor-  
 mationis Ministros convocans vehe-  
 menter de illis querebatur , eoquod e-  
 ditis contra ipsum libellis , ac picturis  
 divulgassent , quod a vera Religione  
 defecisset , bellumque ob constantem,  
 immotamque sanæ doctrinæ professio-  
 nem urbi intulisset: *justam quidem* , pro-  
 sequebatur Elector , *haberem offensionis*  
*causam* , ac *merito vindicare in vos possem*,  
 lubenter tamen ob *Reipublicæ bonum* priva-  
 tas *injurias mibi illatas condono*: *vicissim vero a vobis peto* , *ut in posterum populos ad vita*

Thuan. §  
 Steid. l.c.